EX
JOANNIS OWENI
Epigrammatis.

Insana Sanitas.

Quo tibi potarum plus est in ventre salutum
Hoc minus epotis hisce Salutis habes.
Contingant utinam tales tibi mille salutes,
Non equidē invideo, mî satis una salus.
Una salus sanis nullam potare salutem,
Non est in potu vera salute salus.

De Diaeta.

Si tardè cupis esse senex, ut aris oportet,
Vel modico medicè, vel medico modicè.
Sumpta, cibus tanquam lædit medicina salutem:
At sumptus prodest, ut Medicina, cibus.

Medicus.

Accipit oblatum medicus, dare non solet, aurum.
Pharmaca dat medicus, non solet accipere.
Ordonner medicos ægros *Or donner* oportet,
Alterius sic res altera poscit opem.